

N. 17.

A. D. 1093.

(agosto, Indiz. I).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Maio not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,52, larg. 0,19.
<i>Scrittura</i>	Corsiva, notevole per gli angoli e per le spezzature in molte lettere.
<i>Contenuto</i>	<i>Ieorgi</i> , di Bari, vende due parti di una <i>corigia</i> di terra e di una <i>curticella</i> , in loco <i>Camerata</i> , a <i>Petro presbitero</i> , f. <i>Maraldi</i> , di Bari, per il prezzo di soldi <i>tre nichalati milati</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine sancte et individue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri iesu christi millesimo nonogesimo tertio mense agusti prima indictione. Ego *Ieorgi (manca)* de civitate Vari. Clarefacio quia inter me et Seniorello f. Bisantii ex ac civitate avemus in loco *Camerata* unam *corigia (sic)* de terra cum olivis. et una *curticella* pariete circumdata.

5 Et pertinet michi de ipsa corigia et nominata curticella due partis. Et aptum est michi ipse due partis mee bendere et pretium exinde accipere et meam utilitatem facere. Et sicut aptum michi videtur esse ita et de presente ante presentiam vonorum hominum testium subscriptorum vona mea voluntate. per fustem tradidi et vendidi tibi domino Petro presbitero f. Maraldi ex ac civitate quas (*sic*) traditio ipsa recepisti cum Nicola advocatori  
10 tuo. inclite due partis ex predicta corigia de terra et de nominata curticella. Et est corigia (1) ipsa per as finis. Prima fine a medio pariete est terra de Angilo de Camerata. Secunda fine est ipsum plaium istius corigie et tenet usque sursum in ipsa serra vel ipsa lama ubi est ipsum pariete (*sic*) anticum. Tercia fine est plaium Rusandi f. Rodostami. est et in antea a medio limite terra ipsius Rusandi. Quarta fine est vineale Leonis turdello.  
15 Dicimus finis et in tota ipsa curticella. prima extra pariete est terra predicto Angilo. Secunda a medio pariete est terra prefato Rusando. Tertia vero fine a medio pariete est curte Nicolai de Raiza. Quarta fine est ipsum tarpetum meum et de Agralisto. Hec est predicta corigia de terra et nominata curticella sicut per finis illas congiravi et conclusi talem exinde tibi prefato domino Petro tradidi et vendidi duo partis. cum omnia infro se aventem et  
20 continentem. quam tertiam partem de ipsa corigia et de nominata curticella modo pertinet ad prefato Seniorello. In tali ordine ut amodo in antea ipse due partis de ipsa terra et de predicta curticella fiat in potestate tua et de tuis heredibus faciendum exinde omnia que volueritis sine requisitione mea et de meis heredibus quam et de omnibus hominibus. Insuper ego et meos heredes defendamus vobis ista mea venditione. ab omnibus parentibus et con-  
25 finalibus nostris et ab omni devito et serbitio et relegatione et a pars uxore mea et heredes et mundoaldos eius et ab omni humana persona que exinde vos quesierint ut securi et quietis (*sic*) abeatis ista mea venditione ex omni parte sicut supra legitur. Unde de qua ista mea venditione et traditio et traditione (*sic*) nec michi neque ad heredes meos neque ad nullum quemquam hominem aliquam portionem in eas reservavi avere set trasactive illas tibi ven-  
30 didi et tradidi cum omnia infro se aventem et cum trasitis et exitis suis. cum omni nostra utilitatem (*sic*). Et pro confirmandam et staviliscendam anc meam venditionem nunc de presente ego qs. Ieorgi recepi a te prefato domino Petro solidi tres michalati boni milati sonantes et pesantes finitum vero pretium quem aput me dico avere. Super hoc autem ego nominatus Ieorgius ante suprascriptis vonis hominibus testium subscriptorum. vona  
35 mea voluntate. guadia dedi tibi qs. domino Petro quas guadia ipsa accepisti cum supradicto tuo advocatorem et me ipsum mediatorem posui. Eo tinore ut ego et meos heredes stemus in supradicta mea traditione et venditione sicut supra legitur. Quod si taliter ec omnia prescripta vobis non fecerimus et adimpleverimus et ab omnibus ut supra legitur illam vobis non defensaverimus. aut si nos ipsos per quolivet ingenio illam vobis tollere

---

(1) Scritto erroneamente *coria*.

aut minuare exinde presumpserimus et per causationem vel per legem vos exinde miseri- 40  
mus pro quacumque ratione oblige me et meos heredes componere vovis (*sic*) penam aureos  
solidos biginti et alii solidos biginti in domnico. et invitis omnia sicut prelegitur vobis  
adimpleamus. Et quod venditio ista aput vos remelioratam paruerit per vestrum lavorem  
omnia sub estimatione ominum vobis restituamus et predicta mea venditione semper vobis 45  
defendamus in ordine ut supra dictum est. et ex predicta mea venditione tradidi et ven-  
didi illam tivi cum trasis et exitis suis usque in via puplica. Per districtum me qs. Ieorgi  
mediator et obligator qui tivi domino Petro presbitero et ad tuis heredibus tribui licentiam  
pignerare me et meos heredes per omnia nostra causa pignera legitima et inlegitima ubi-  
cumque et quomodocumque inveneritis sine calumnia donec omnia predicta faciamus et  
compleamus vobis ut legitur supra. Et anc cartulam venditionis scripsit Maio notarius qui 50  
interfuit.

† Ego Petrone testis sum.

† Ego Mele magister testis sum.